

Introitus nulli nam patet absque scheda. *)

M. Ecce schedam! (salcem monstrat) Cam Prin-
cipe res est

Nulla mihi: solo cum Choridone loquar.

119. *De S. Juvene 28. Julii.*

Hunc inter violas manibus pedibusque ligatum

Molliter aggreditur propudiosa Venus.

Quid faciat vincus? Linguam sibi dente momordit,

Quam spuit in venerem, sicque pudere facit.

O Juvenis! rara est tua nostro tempore lingua.

Cur nemo hanc loquitur? Mortua lingua
modo est.

120. *Ad Regem Britannicæ magnæ.*

Angelus est custos, est custos insuper Anglus

Rex, tibi, qui valide teque tuosque tegent.

121. *Navis Gallica Napoleon ab Anglis capta.*

Napoleon fuerat Britonum perductus adors,

Interim apud Belgas dum Bonapartus erat.

122. *Ad Regiam Celsitudinem.*

MARIAM BEATRICEM.

in die onomasticæ 29. Julii.

Vive! *Beatricis* raro Tu Nomine splendes.

Vive! Tua est pietas Nomine rara magis.

Archiduces septem mundo Tu sola dedisti.

Vix tot prudentes Græcia tota tulit.

*) *Billet.*